



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An fructus specialissimus Sacerdoti debitus possit alij applicari. [n.] 110.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

RESOLUTIO : Non quovis sacrificio, tota poena peccatis confessis debita, ex toto remittitur, sed certa tantum pars juxta Christi determinationem, ideoque quia hæc determinatio nobis non constat, oportet nos etiam alia pia opera peragere, quibus residuum poenae restantis deleatur, præcipue poenitentiam in Confessione impositam, ad quam peragendam ex obedientia obligamur, nisi certo constaret nos indulgentiam plenariam obtinuisse. Ita Communis.

CONFERENTIA. XXVII.

190.

Capellanus debitor 100. Missarum pro defuncta legendarum, ut se citius expediat, præter fructum specialem defunctæ debitu n, ipsi insuper applicat suum proprium, sive specialissimum eiusque tres portiones taxat pro æquivalenti fructu speciali, atque adeo credit se tribus sacris satisfacere quatuor, & per consequens sexaginta septem centenis: Non absque quæritur, an id cum bona conscientia præstiterit.

RESOLUTIO : Etsi non desint Auctores, puta, *Fillucius, Malfesius, Naldus*, alique, qui Capellano assistant, contrarij tamen sunt *Suarez, Lugo, & Thom. Tamburinus* apud patricium hic cap. 4. num. 225. & c. cap. 5. num. 363. Ratio autem est: quia per incertum non satisfit certo; incertum autem est, an fructus specialissimus sacerdoti debitus possit alteri applicari.

plicari, & obligatio Capellani est certa propter acceptum stipendium: Igitur &c. Deinde inter propositiones damnatas ab Alexandro VII. Octava est: *Duplicatum stipendium potest Sacerdos licite accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet Sacerdoti correspondentem.* Quod si autem portio specialissima applicabili esset alteri (in proposito defunctæ) pro illa utique posset aliquid recipi loco stipendii: itaque mens Pontificis est, eam non esse sic applicabilem. Tu sequere meum quondam Lectorem P. Patricium ubi *sup. cap. 4.* Si Sapis Sacerdos, semper retine tibi ipsi, ut puta fructum specialissimum, etiam quando accepto stipendio pro alio celebras.

CONFERENTIA XXVIII.

Superior in Tabula Missali ponit Sacerdotem subditum, ut celebret pro defunctis; hie autem volens gratificari Amico, differendo intentionem Superioris in alium diem: *III.* Queritur, num portio media seu specialis possit defunctis vel amico, facile.

R. Prodesse amico. Ratio est: quia in potestate celebrantis est applicare fructum sacrificij, non superioris: est enim minister Christi, in cuius persona sicuti sacrificat, ita & sacrificium applicat, juxta illud in Ordinatione accipe potestatem offerendi Sacrificium pro vivis & defunctis, igitur & eius fructum applicandi.